mēta 7 aqua calida cocta cum radice vna rafani
anero 7 sale fracto cōi. 7 h si mā sit slica. S3 si sit
pgnās deē lignūal. 7 ēplastrū eius. cui⁹ recepta ē
posita superi⁹. Et vtatur ameos oēs isti qui hic
patiūtur. silr amigdale amare cum amido 7 sale
h ꝑferūt. Itē ruta ē maximi iuuamēti. 7 def. 3. j.
semis apij anisi mēte sicce cū aq̄ cala. Et in pgnā
te o3 vtī blādētib⁹ 7 ꝑmittere mlta. 7 ita plōga
re quousq3 fet⁹ maioret 7 mā ꝑsumat. S3 si mā
sit acuta vl' salsa: tūc vtat vomitu cū aq̄ cala tātū.
Deiñ da istā medicinā. R. cardamomi ameos
reubarbari zuccari maratū cimini carui añ. 3. ij.
fiat puluis quo vtat mane 7 sero. Et dētur i nō
pregnāte mirabolani citrini i cā calida. s3 kebuli
ēblici i cā frā. Et vtat passulis nucleis cū pulue
re nucismus. 7 capiant pullos colūbay assatos. 7
pregnās suggat ossa galliculoz. 7 vtatur carni
bus citonioz. Et dormire moderate iuuat oēs
malaz appetitus corruptionez: si non sit reuma
ruens ad stomachum.

Vomitus ē motus sto

machi ad expellendū aliquid qd ē i ipso per viā
oris. Bñ eiz vomit⁹ q̄si vēter tēsus vltus sursuz
ad expellēdū ꝑtentū in stōacho. Et ita similiter
singultus vt dicit Gal. 6^o ꝑticula affo. ꝑmento
39^o. vbi dicit q̄ singultus ē quidā motus ad vo
mendū: fortior tamē q̄ vomitus. qz vomitus est
ꝑpter rez natantē. singultus ꝑpter materiā iui
scatā. Sed euz vomitus fiat d materia illa inui
scata: tūc vomitus est fortior. s3 si ꝑpter materiā
natantē: tūc singultus ē fortior. s3 de cōi vom
itu loquitur Gal. ab i 7 de singultu cōi quia talis
vomit⁹ cōis est passio oris stomachi: sicut di
cit Gal. 5^o interiorū. c. 6^o. 7 ideo natātia versus
superi⁹ ꝑꝑrie 7 facili⁹ expellūt 7 supi⁹ ꝑ vomitū.

Cause Cause vomitus multe sūt. extri
sece 7 intrinsece. Extrinsece sunt
nimia repletio cibi 7 pot⁹ 7 inordinata acceptio
7 cibi fastidiosi vt pingua 7 anseres 7 medicine
vomitive 7 ꝑēssio capitis vsq3 ad craneuz 7 ce
rebrū 7 filia. Cause intrinsece sūt vel a ꝑte stōa
chi vel ꝑpter alia mēbra. Si ꝑpter stōachū hoc
ē ꝑpter hūores aggregatos i stōacho ip3 aggra
nantes 7 ꝑpter vlcera 7 ꝑpter debilitatē ꝑcti

ue 7 fortitudinē expulsue. Si ꝑpter alia mēbra
hoc est quia mittunt ad stomachuz: sicut est ce
rebruz epar splen 7 matrix. Et aliquādo a toto
corpore venit vt in initio ꝑoximi ꝑpter ꝑmo
tionez materie de nouo ꝑter naturaz. natura
eiz nitit expellere 7 facit vomitū. s3 ē vomit⁹ ille
sintomaticus qz fit vi morbi a natura stimula
ta. Similiter vomit⁹ sanguinis ē ꝑpter apuo
nē vene in stomacho vel alio mēbro sicut ꝑtin
git in vulneratis 7 mutilatis 7 in retētionē mē
struoz vel emoroydaruz vel fluxus consueti vt
per nares 7 similia.

Signa Signa mēbroz extrinseca ha
bent ex iudicio ꝑuētis. Signa
mēbroz patent per dolorē eoz 7 per opationes
eoz lesas. Et quādo ē a stomacho ē passio ꝑti
nua. quādo ab alijs ē interpolata. Et si sit a colā
color est citrinus 7 os amay 7 cū siti est. Si sit a
flegmate: tūc ē coloris albi 7 ē viscosuz humidū
vl' acetosuz 7 sine siti. Si a mlia ē nigrū ꝑtūcū.
Si a colera eruginosa vel prassina ē coloris vi
ridis 7 tūc est malū: vt dicit⁹ ꝑnosticoz. Alia
patent de se 7c.

Prognostica Prognosticatio ē q̄
laudabilis vomitus
ē ille cū quo flegma ē mixtū euz colorib⁹. qz q̄to
ad simplicitatē ē remotior tāto etiā ē suspectior.
qz trāslatio antiqua 7 ꝑticula ꝑno. esset falsa nisi
i noua esset ly suspectior. quia ātūna diē: quāto
vomit⁹ ē plus ꝑꝑiquior vt sit purus: ē deterior.
ergo ꝑꝑositus melior 7 minus suspect⁹. 7 ꝑonit
illud ibidē cañ. 38^o. Itē vomit⁹ est optima ꝑur
gatio in passioibus mēbroz inferiorz sicut di
cit fen 4^o ꝑrimi li. c. 5^o d vomitu. quia eradicat 7
euacuat. hoc ē a supiorib⁹ euacuat tātū nisi extē
dēdo nomē eradicationū ad euacuatōnez ex ꝑ
ꝑinquo: tūc a supiorib⁹ eradicat. vel eradicare ē
materiā cū violētia vel cū vehemētia. ex lōgū
quo extirpare: 7 tūc eradicationē ē ab inferiorib⁹ tā
tū i vomitu. 7 ista dico ꝑ ꝑꝑrietatē iter verba
Aui. fen 4^o ꝑrimi li. c. 5^o 7 xi^o. Itē vomit⁹ cu
rat vomitū dicit Aui. i 3^o fen 13^o tractatu 5^o. qz
vomit⁹ materie q̄ est cā vomitus curat vomituz
scm sintomatice a mali⁹ vel materia morbi. Itē
vomit⁹ i febribus pestilēcialis est malus. Itē
vomit⁹ in die cretico post signa digestionis 7
alleuationis ē bonus: contrarius vero malus.
Itē vomit⁹ ꝑtificus malus est 7 habentib⁹ ꝑe
ctus debile. Item vomit⁹ leuis in passioi
bus capitis est bonus.

Cura Vomitus curatur sicut est dictum
in p^o li. c. de vomitu superueniente
febri. Sed tamen scienduz vltius q̄ in causa
calida dētur zuccarij ros. 7 carnes citonioz 7

berberis et plátago et coriandrū spodiū et coralli
 et rose sicce in cibis. Similiter caphore inest p-
 prietas sedādi vomitū ex caliditate. Itēz panis
 affatus vel calidus extinguitur i duabus ptib⁹
 succi mente et 3^a aceti et simul distēpera subtilissi-
 me. et i illo liquore spongia mollis infusa super
 stomachū emplastretur calidū. residuū vero in
 plicataris brachiorū alligef. Itēz pone ante vo-
 mētez trifoliū: et constringit. Itēz de mēta sicca
 aniso affato vel affo et mastice i duplo cuz succo
 plantagl. fac pillulas et da in causa calida oi die.
 Similiter sōnus ē radix cure. Itēz tamarindi
 optimi sūt qz stringunt ventrē laxando et ita di-
 uertēdo. Et bonuz est ligare et fricare extrema et
 maxime inferiora et ponere vētosas sine scarifi-
 catione super vētrez et super coxas. et vitet pin-
 guia et oleaginosa et dulcia nimis. Odozet ro-
 sas caphorā et sandalos in causa calida. In causa
 frigida odoret muscū ābraz et camomillā. Item
 fabe cū cortice suo in aceto cocte cōferūt. come-
 dat coriādrū in cibis si vomat cibū. et vtatur in
 cibis suis agresta. Sed in causa frigida detur
 diamuscū vel galliamuscata vel pliris cuz mu-
 sco et diacitonitē muscatū et detur lignūal. et gar.
 cuz succo pomoruz qz est expertū bonū. Itē mel
 emblicoz optimū est in quo emblici iacuerint p-
 tridū. deinde coquātur et debet eē mel ro. Itē
 thūs cubebe cardamomū sunt optima. Itēz co-
 clear. j. succi rute potatū ē mirabile. Itē gar. cō-
 tritus et cibis superasperfus cōfert statim. tamen
 durante vomitu non sumat cibuz stante virtu-
 te. Itēz pulegiuz confert multū. Item granata
 acetosa et grana corū valent vomitui ex calidita-
 te. Sed in causa frigida detur sirupus de mēta
 cuz expressione granatoz cuz pulpis suis. et illa
 dixi superius auctoritate Aldesue. Deinde fiat
 emplastra super stomachū posita prius frequē-
 ter. Idictamen notandū qz vomitus frequēs
 est malus: qz facit de stomacho lacunā. s; s; ali-
 quos semel vel bis in mēse pfert ita qz non ob-
 seruetur certa hora. Sed qz Gal. ponit 2^a affo.
 qmēto 35^o. qz vomitū constat oibus esse pericu-
 losuz. ideo nō laudo qz semel vel bis fiat i mēse
 nisi i colicis et facile vomētibus et assuetis i pue-
 ritia. et hoc si homo bñ se regat i cibis suis et po-
 tibus et i. vj. rebus nō naturalibus. Cura vo-
 mitus sanguinei p; p dicta i li. p. c. d fluxu san-
 guinis natiū. per flobotomiā et silia si oporteat.
 Item plátago et sanguinaria et bolus et sanguis
 dracōis carabe rose portulace sūt bone. vt dictū
 fuit supra. Ego addo terrā sigillataz cui nō in-
 uenio forte parē.

Singultus dicitur a sin

qz ē con: et cultus quasi zcultus vel zculcatus.
 cuius diffinitio est ista. Singultus est spasmus
 stomachi in initio pleni: aut desiccati: aut mor-
 dinatōne aliqua initiati vt dicit Gal. 5^a pticula
 affo. qmēto 4^o. tamen in 6^a pticula affo. dicit qz
 singultus non ē spasmus: s; quidā motus ad vo-
 mēdū. tñ qz spasmus ē d repletōne et d inanitiō-
 ne: ideo est quidaz spasmus.

Cause Cause est repletio plurima et res
 nocēs sua qualitate sicut res fri-
 gide: et sua acuitate vt piper et silia. id dicit Gal.
 6^a pticula affo. qmēto 39^o. qz si quis comedat pip-
 soluz vel mixtu: deinde bibat vinuz cum aqua
 calida mixtu: statim cadet in singultuz: qz piper
 inuiscat illud vinū cuz substantia stomachi cui⁹
 acumine cū sibi noceat mouet stōachus vt p sin-
 gultū eiciat. Itēz mouēs se laboriose et mouēs
 terrefaciēdo et ira et timor et gaudiuz subito acci-
 dēs et tristitia supflua et aspersio aque frigide sup
 faciē subito post motū et exercitiū et equitationē.
 et expectatio super retentionē tussis et expectatio
 super sitiz. oia ista sūt causa singultus et defectus
 exercitij. Similiter singultus ex inanitione cau-
 satur ex defectu cibi et euacuatione intensa et su-
 perflua quecūqz fuerit. et ex zsumētibus et defic-
 cātibus supflue resoluētibus. Cause ergo i ge-
 nerali sūt sic zprehēse. qz singultus vel fit a frigo-
 re zstringēte vt i rigore febrū. aut a calore idu-
 rāte vt i acutis. aut a re mordicāte vt sinapi pipe-
 hūore acuto. aut a vērositate qz vix dissoluit. aut
 a re grauāte et extēdēte vt i repletionē cibi et po-
 tus et apostemate epatis.

Signa Signa causarū extrinsecarū pa-
 tēt ex indicio patientis. Signa
 quādo est de inanitione: sūt qz febris et labores et
 abstinētia et euacuationēs fortes precesserūt. Si-
 gna de repletionē sunt otium et quies. et quia
 replet se et est cuz grauitate. Et si est a frigidita-
 te inuatur a calidis et sentitur frigiditas in sto-
 macho. Si est a caliditate: tunc est cuz mordica-
 tione et punctura et calore. Et si est ex apostema-
 te est febris dolor et nausea. Et si fit ex vlcere tūc
 acuta pungitiua sumpta statim faciunt ipsum
 dolorem.

Prognostica In ileon singultus
 malū. vt dicit Hippo. septima pticula affo. affo^o 10^o. et 40^o. Si pur-
 gato seniori singultus superueniat non bonuz.
 Item in epate sionem patiēte singultus super-
 ueniens maluz. 5^a pticula affo. affo^o 5^o. Item
 singultus post quācūqz euacuationēz eventis
 maluz est. qmēto 4^o 7^a pticula affo. Item si
 post vomituz singultus non minuatur sed ag-
 grauetur apostema vel inanitio significat. Itēz
 singultus

singultus in crisi signis bonis appetibus bonū ē q̄ significat vomitū creticū v̄turū. s̄ si mala signa appareāt malū: q̄ spasmus significat. Itē si post singultū veniat spasm⁹ aut alienatio malū & mortale. Itē post vomitū singultus cōtinuus in febre apostema lateris vel stomachi significat. Itē si post singultū veniat apostema in latere dextro aut super humero mors festina significatur. Itē mulieres que habent stomachū frigidū & matricē frigidā & retentionē menstruorū vt cōter habent singultū cum alta voce & acuta & i prandio quasi semp.

Cura Curatur singultus cura generali: & cura speciali. Cura generalis est per sternutationē & per somnū longū & per retentionē longā anhelitus & per fricationes extremitatū & per nuncia terribilia & accidētia anime subita non preuisa vt tristitia ira gaudium. & per calida apposita super stomachū & per ventosas sine scarificatione sup spatulas aut super stomachū aut vociferationē & obturationē aurium.

Cura specialis ē talis. si ex repletionē prouocetur vomitus. & illud q̄ leniter puocat vomitū est dare cariē ligni i potu q̄ statim reuocabit. Deinde aspergatur cito aqua frigida super faciem & ponatur ambe manus & pedes i aqua calida. Vel accipe semen aneti & ligetur in panno lineo & bulliatur i vino & odore & cessabit vbi cūq̄ fuerit. Vel detur semē aneti ad comedēdum puluerizatū vel sicut est & curat omnē singultū de repletionē & facit pro tēpore cessare. & hoc est de experimentis meis. & habui illud ab Auec. c. de aneto 2º cañ. Tamen si sit singultus de repletionē in febre sicut frequēter cōtingit ex inuiscatione stomachi & comestione fructuū & potatione aque frigide & similib⁹: tunc detur tale medicamē. ℞. seminis aneti. ʒ. ij. zedoarie lignial. mastice corallozū rubeozū nucis musc. añ. ʒ. ʒ. detur puluerizatū in potu vel in cibis & statim cessabit nisi fuerit de apostemate epatis vel stomachi. Et vtatur carnibus citoniorū. sed sine febre da gar. quia gariofili retēti in ore restringunt singultū dicit Nicholaus in antidotario suo. Et gariofilatū optimū est in causa frigida & aliq̄ dant philonium. Itē trifoliū tere & da bibere & curat. Itē. ℞. piperis pt. ij. castorei pt. i. & cum aqua calida & coclear vñū dabis. Itē aliqui accipiunt nouē haustus vini calefacti & zinzib cōditū. & zinzib simplex optimū est. Item sirupus de menta prius dictus multū valet. Itē detur tres offe de pane azimo calido singulis diebus cum vino. & hoc mulieri que patitur singultū cū frigiditate matricis. Et idē mulieri detur rasura cornu hirci.

Itē dicat ter in nomine patris & filij & spiritus sancti benedicendo os suū & cessabit. vt ego vidi de vna muliere que habuit semp singultū in prandio cū alto sono quousq̄ vsa fuit isto empirico. & tunc hoc facto pro tēpore cessauit. Itē sirupus Aui. & electuariū est sine pari. cuius descriptio ē hec. ℞. spicenardi squinati calami aromatici anisi maratri fol. mente fol. absinthij costi añ. ʒ. j. croci lignialoes ambre gar. aloes succotrim añ. ʒ. ij. apij coriandri preparati seminis papaueris albi cassielignee añ. ʒ. j. cōserue citrā gulozū vel malozū granatorū. ʒ. ij. panis zucari q̄ sufficit fiat sirupus vel electuariū optimū. Sed Aui. c. de singultu dat causas cuiuscūq̄ medicine intratis fere. Si fuerit de ventositate valet ruta anisū origanū calamētū maratru castoreū dianthos diagalanga diaciminū & vinū purū stupha & balneū. Sed si fuerit ex causa calida tūc digeratur cum sirupo acetoso origaccara simul mixtis bullitis. deinde purgetur cū ierapigra & trisera saracēna reubarbarata in plus vel cassia. tamaridis & mirabolanis citrinis. & vtaf malis granatis ordeato & aqua ordei portulaca & similib⁹. Et si sit sensus nimius possūt dari oppiata: vt philoniū tiriacā metridatū. & in causa frigida maxime. S̄ si sit ex inanitione: tunc vtatur lacte optimo caprino & balneo aque dulcis. vtaf nutritib⁹ & resumptiuis & humectatibus: vt dictū est prius. c. de ethica & ptisi. Deinde fiat inunctio cū oleo violato circa collū & a supremo dorfi vel spondili vsq̄ ad inferius. & caueat sibi a sumētibus ne amplius inaniatur.

Eructuatio ē passio stomachi dicta ab erectione & actione quasi stomachi erigēs se ad superiora actio. Cui⁹ diffinitio est. q̄ eructuatio est v̄tositas fumosa ex indigestione stomachi preata ad superiora oris proiecta: virtute expulsiva stomachi confortata.

Cause Causa est ordinatio diete & q̄ntitas nimia & mala qualitas frigida & cibi ventosi vt fabe pisa rape cibi crudi & fructus & dulcia vt ceruisia noua & mustū. Et cause interiores sunt mala cōplexio stomachi frigidi vt plurimū. s̄ aliquādo faciant calida eructuationes fumosas vel acetosas. ppter cōplexionem cibi vel eius grossiciez vel multitudinez. & oppilatio epis & retētio fecis & v̄tositatis & filia.

Signa Signa causarū extrinsecarū sciūtur ex inditio patiētis. Signa materie sunt: q̄ si sentiat patiēs eructuatiōez acetosam cū humiditate & salina multa: tunc est ex flegmate. Et si cū siccitate & stipticitate: tunc est

ex mlia. Si autem sit eructuatio oris fetidi est ex corruptioe & putredine humoru. Sed fetidus acutus pungitius attestatur sup humores calidos. Si rancidus abominabilis & innominatus supra melancolicos. Sed acris sic pisces corrupti vel oua corrupta vel aslata: supra flegmaticos & supra indigestionez.

Prognostica Prognosticatio est qd eructuatio vna vel due & hoc sumose cu3 alleviatione patiens sit bone. Sed eructuatio frequens e mala quia corruptionez digestionis significat & ratione comotionis indigestionez facit. Item i lienterijs oxiremia. i. eructuatio acetosa. Cuius causa s. eructuatiois acetose ponit Gal. i. 2o regiminis acutoru qmto 2o i qmto illius: Qui semel vel bis. Cuius causa est disgregatio caliditatis inate. est bona si ex frigiditate stomachi vel ex flegmate generato ex ciboru3 multitudine vel ex cibis temperatis in quantitate quoru3 virtutes sunt frigide aut humide: ita qd ex isto patet qd acetositas fit a frigido sicut a causa remota. Item acride eructuationes non valde spleneticis fiunt sicut dicitur 6a ptecula affouismo. & ibi ponit Gal. causa illius eructuationis.

Cura Cura est talis. rectificare dietam si sit error in ea. Et i causa calida vtatur sirupo rosa. & zuccaro & violis & similibus. Et stomachus emplastret cu3 sandalis corallis rubeis. & colera purgetur cu3 mirabolanis citrinis. Si causa sit frigida sicut e vt plurimum: tunc detur castoreu cum aceto squillitico. Deinde fiat emplastru super stomachu de consumptiis vetositatis sicut cu3 ruta origano calameto aniso maratrocimino granis lauri & similibus. Deinde dentur electuaria sicut diatriton pipereon cu3 vino ante cibum. & post cibum detur diagalaga & diacitonite & zinziber codituz. & anisuz codituz e specialis medicina hic: & puluis zinziberatus. & fiat exercituz forte ante prandiu & non repleat se patiens cibus. & no accipiat grossa nimis nec vetosa vt lacticia nec porros nec allia. Et si materia sit humoralis purgetur sm exigentiaz humoris. Si flegma cu3 mirabolanis kebulis & diaturbat. Si mlia cu3 mirabolanis indis & cu3 pulnere gualterij: qui optimus est mlcis & senibus sepe eructuatis. Et detur diasene qd optimu est. Deinde si oporteat detur tiriaca cu3 vino. & fiant balnea & stuphe de ruta paritaria leuistico apio macedonico & cimino sicut dictuz est prius c. de inflatione stomachi. Prodocatia eructuatione sunt menta mastix thus ameos gaf. karui rasan anisuz. Sed si sit eructuatio acetosa abstinentia valet & vinu calidu & claretu bonu & pig-

mentu & saluatum. Et fiat emplastruz super stomachu d stercore colubino galbano & calce viua: s3 no diu moxetur. & pano lineo. s. interposito. & dz fieri i timpanite aliqui. & auellane torrefacte valet. Adic notandu qd acetu dicit fortis penetrationis. & hoc no e rone penetrationis s3 rone substantie qd subtilis. Tame Aui. dicit. c. de regimine aque & vini. qd vinuz est fortissimus penetrator. & hoc e veruz iter calida. sed inter frigida acetuz e forte penetrans. Et ego dico qd mlia acetosa nec ratione complexionis nec ratione substantie cadens in terraz ebullit: sed ratione acetositatis quia illa pars e penetratiua. & ideo intras poros terre expellit aeru sursu. nec e pprie ebullitio sed coniunctio & comixtio aeris ascendentis & mlie descendentis. & ideo in humido loco non apparet illa ebullitio: sed tantuz in sicco raro puluerulento. De siti vero facio capitulum speciale supra in p^o libro. & ideo ibi est dictum satis sufficienter.

Regimen sanitatis est triplex. cōseruatiuuz. preseruatiuuz & reductiuuz. vt inuit Gal. 3a ptecula tegni cañ. 197o. Cōseruatiuuz cōpetit sanis. preseruatiuuz neutris. reductiuuz egris. Sed preseruatiuuz nominat preseruatiuuz vt dicit Haly 3a ptecula tegni qmto 5o. Dico ergo qd preseruatio fit p similia. Unde 3a ptecula tegni: Si vis preseruare crasim qualē concepisti: similia similibus offeras. Corpori ergo temperato debet dari omnia similia in gradu & forma. Sed corpori lapsu lapsu naturali debet dari similia in forma s3 non in gradu ppter inclinationez quā habent ad lapsuz. vt dicit Auec. 6o collz ultra mediuz li. c. de regimine complexionuz malaru. Si dicas similia non patiuntur a similibus sibi. dicit Aui. li. p^o sen 2. c. de signis complexionis. Dico qd membra agūt a tota specie in cibum. & ideo dico qd digestio fit a tota specie membri per caliduz tanq per instrumentuz sicut dicit Auer. 5o colliget de stomacho structionis: qd in minori tepore dissoluitur ferruz qd in igne a tota specie. Sic dico in proposito. vel dico qd a simili no fit passio in rebus inanimatis. sed in rebus animatis bene potest fieri. Corpora ergo lapsa regantur cu3 similibus in forma quādo ipsa sunt in temperamento eis debito: sed non in gradu: quia gradus debet esse remissio: in cibo qd in corpore nutriendo. Et debet talis regi per cibū medicinalē. quia per cibuz absolute complexio tepata absolute regi dz: dicit Haly 3a ptecula regni in qmto illi. Calidiora calidioribus indiget adiutorijs. qd lapsu corp^o vel calidu ab eqlitate p duos gradus debet regi cu3 calidis. in p^o gradu vocat

vocat frigidus; q; calidus remisse frigidum est in ore medici. Et ideo aliqui errando dicunt ex *Haly* q; calida debet cōseruari cū frigidis. hoc est falsum. tamē preseruari possūt cū frigidis remissis et in gradu remissiorib; q; sit corpus preseruandus. sed reductio debet eē perfecte in opposito latere in eodē gradu. *Hic* tamē sciēdū q; calida debet regi per remisse calida. et frigida per remisse frigida. et sicca per remisse sicca et sic. sicut melācolica cū remisse frigidis et siccis remisse. et hoc est cū calidis et hūmidis non absolute sed respectu cōplexionis melācolice. sicut *zmētator* *Sam.* particula 5^a affo. cōmento 67^o. q; vinus est calidū et siccū. tamē respectu melācolie ē calidus et hūmidū. Sic dico i. pposito q; ita pplexio flegmatica d; regi per frigida remisse et hūida. et hoc ē p calida et sicca remisse. Si tamē cōplexio flegmatica sit lapsa lapsu accidētali ad frigiditatez et hūiditatez: tūc debet regi per calida et sicca i. tenfa. et h; ē reducere. Considerāda tamē sunt in regimie sanitatē. qualitas. quātitas. ordo. tempus anni. hora prādendi. cōsuetudo et etas. De qualitate cibi iā dictū ē: quia debz eē similis vel in gradu et forma. vel i forma licet nō in gradu. quia vt dixi pri^o: remisse calidū vocat frigidus a medico. et simile ē frigidū frigidū. Et cū hoc vinus omne calidū. et ideo nō ē intelligēdū q; frigida sint similia corpi hūano nisi frigida remisse q; sint calida more medici.

Quantitas cibi debet

eētalis q; cui appetit comedere d; dimittere. q; dicit *Aristo.* in epistola ad *Alexandriū*: *Sum* adhuc appetitus durat manū retrahere. et *Ant.* c. de regimine eius qd; comedit et bibitur dicit ita: Ita comede q; sint tecū reliquie desiderij. q; melius ē multiplicare vices q; quātitatez. quia plus valet comedere bis et modicū q; semel et multū. q; cibus sumptus ex multa quātitate cibi vna vice non pōt digeri: et tunc errat digestiua stomachi. et error in p^o digestionē quādo est magnus non corrigi in 2^o. et *zmētator* particula p^o affo. *Sama.* cōmento 16^o. et ideo non nutrit tūc debito mō. Et ideo dicit *Auic.* i. 3^o. gulosi nō crescūt. et etiā cib; excedens debitū oppilat. et est causa putredinis dicit *Haly* 2^o particula tegni. ppter carētiā euēctationis. Signū autē: q; satis comedit patiens est cū ex ipso cibo assumpto nō prouenit magnitudo in pulsu nec paruitas i anhelitu. h; nanq; nō accidit nisi quia ppterea q; stomachus pprimit diafragma. et ppter hoc fit paruus anhelitus et frequēs et tunc cordis necessitas euēctandi prebet augmentus. igitur pulsus magnificatur quia in virtute non est debilitas. Itē si non est mu-

tatio in vrina nec egestione nec viscera et maxime ipocundria extendūtur. nec sentit tormones nec etiā ventositates nec grauitatez nec debilitatez. nec habet nauseaz nec caninus appetitus nec pigritiam in genu: imo q; ita bene posset stare post cibum sicut ante nisi scilicet post cū ipse descendit et incipit digeri. et tunc vapores boni ascēdunt qui faciūt somnuz et studiū impediunt. nec est somnietas: nec sapor cibi post tēpus reperitur in eructationibus. si enim ista omnia ita se habeant: tunc declaratur cibus moderatus esse. In hoc tamen p̄suetudo obseruāda est nisi fuerit pessima vt videbitur. Sic etiā dico de potu q; non debet esse tantus q; in stomacho natet sicut est in ebriosis. et ideo illud qd; aliqui dicūt inebriari semel in mense est bonuz: est falsum sicut ostendit *Auerrois* in cāticis in particula 2^o cōmento 33^o. vbi dicit q; assensus ebrietatis semel in mense est erroneus. quia si vinus sit ex rebus magis cōferentibus calori naturali moderate acceptus: est tamen ex magis nocētibus calori naturali et cerebro et sensibus quādo excedit debituz. Et ideo dicit q; habētes neruos debiles plus inuat aqua mellis: licet sensib; possit dari paruz vini aromatici vt dicit. Tamen *Auic.* c. de regimine aque et vini. dicit q; pueris dare vinum est addere ignē igni in lignis viridibus. Iuuenibus da moderate: sed seni quātū vult: ergo cōpetit eis in magna quātitate. Dico q; seni a senectute debet dari quātū vult. et hoc seni tēperato q; tantū appetit q; tū digere potest. et est homo sūme discretōis talis. Sed seni a senio non debet tantum dari quia sunt decrepiti et deficiunt quia habēt paucū caloz et sunt sicut lucerna parata extintioi: vt dicitur primo affozismo. Et ideo *Galien* p^oma affo. cōmento illius: Qui crescūt. dicit q; vbi calor paucus ibi cibus expedit paucus. Si enī paucis carbonibus multa ligna apponātur: necesse est ignem extingui. Similiter dico de potu q; per potuz intelligitur vinus dicit *Galien* ibi: *Idē* indigeniā soluit. Ideo quero de vino quo tempore debet dari. nō ante prandū vt dicit *Auic.* c. de regimine aque et vini. quia sapiens sibi prouidere debet ne ieiunus vinum bibat. nec post prandium dicit *Auic.* eodem caplo. vinus post quodlibet cibariū omnino est malum. Et capitulo de eo quod comeditur et bibitur dicit. vinum post cibuz est ex rebus magis nocētibus et impediētibus: quia facit cibū penetrare antequā sit digestus. Nec cōpetit vinus in prandio s; *Auic.* caplo ei^o qd; comedit et bibit vbi dicit. oportet q; post comestionē bibat quis et non in hora comedēdi. Et dicit parū ante nō ē bibēdū

donec cib⁹ de stomacho descēdat. Oppositus est cōmunis vsus potare vinū in prādio ⁊ post. Dico q̄ vinū ante prādiū in tēpore sanitatis non cōpetit. tamē in tēpore egritudis aliquādo cōpetit vbi scilz plus timet de dfectu virtutis q̄ de nocumēto vini: sicut in sincopi ex debilitate virtutis: nisi virtus igrederet: tūc dico q̄ cōpetit in prādio ⁊ etiā post. Et cū arguitur q̄ non cōpetit post, dico s̄m Aui. c. de regimine aque ⁊ vini. q̄ duas brialas bibere super cibū nō nocet ei qui cōsuevit ⁊ similr sano post minutōez. ⁊ est in hoc cōsuetudo obseruāda: si fuerit antiqua nisi sit pessima ⁊ tūc paulatine dimittēda et non subito. Et intelligo per brialā vnā mensurā cōtinētez tantū quātū esset vn⁹ bonus hāstus: quātū scilz homo caperet sine mutatōe anhelitus scilz cū anhelitu vno nō coacto nec violenter cōtento. Dico tunc q̄ vinū post quodlibet omnū cibariōz bibere est male nisi postq̄ iste cib⁹ fuerit digestus ⁊ descēderit: nisi in canino appetitu vbi primo debēt dari pingua: ⁊ tūc vinū hoc est dandum via medicine. tamē post cibūz mali chimī non cōpetit vinūz nec ante nec dūz comedī dicit Aui. ibidē. quia facit eūz sez malū chimū penetrare in extrema corporis. Et ideo errāt illi qui post cibaria mala volūt potare vinū vt cibus digerā: quia transit ante digestionē ⁊ corpus grauat. Unde dico breuiter q̄ in parua quātitate potest dari vinū post prādiū non in magna: ⁊ iusitato similr ⁊ slobotomato non aliter nisi in casu magne necessitatis ⁊ aliorūz que ponūtur i caplo aque ⁊ vini. Et cū dicitur q̄ in prādio non cōpetit vinū. dico q̄ verbum Aui. debet sic intelligi ad sūmum: oportet vt post comestione bibat quis ⁊ nō in hora comestionis vel comedēdi idest post deglutionē buccelle vel boli ⁊ nondū cibus est in ore. vel nō debet multū potare dūz cōedit. hoc dicit Aui. idest quātitatez que cibo cōferat. idest nō debet homo in prādio potare qd cōferat cibo transitū vel q̄ tribuat sibi trāsitū nimis festinū. nec separationē faciat inter stomachū ⁊ ipsum nec faciat ipsūz supernatare. tamē modicum potest potare vt cibus sit permixt⁹ bene ⁊ obtēperatus ⁊ non facere nimis magnū fundamentū. ⁊ tunc potare vna vice multū: nec post primū morsellūz potare multū: sed multiplicare vices debet nō quātitatez continuā. Et ideo dicit q̄ triplex ē potus scilz alteratiu⁹: permixtiu⁹ ⁊ delatiuus. Alteratiuus cōpetit ante prādiū sicut sirup⁹ ⁊ potus medicinalis. Permixtiu⁹ debet accipi in prādio scilz modicū comedere ⁊ modicū bibere vt fiat debita permixtio. Sed delatiuus post prādiū facta delatiōe: ⁊ postquā descēderit ci-

bus de stomacho vel in descēdendo. Et ideo dicit Auerrois ⁊ particula cōmento 19°. q̄ sicut aqua effusa in olla bulliēte facit ebullitionē cessare: sic aqua vel potus si effundat super cibū in stomacho dūz est in digerēdo facit digestionē cessare. ⁊ ideo non est bonū potare multū post prādiū quousqz cib⁹ digerā ⁊ digestio in stomacho cōpleat. imo si sitz tollerare potest post prādiū est cōferēs ad digestionē. Tamē quātitas offerēdoz certis litteris non potest denotari: vt Gal. dicit 3° megrategni. fiat ergo s̄z estimatio nez p̄pinquā veritati. ⁊ s̄m experimētūz vt vsus conseruetur.

Ordo dietandi ⁊ sumē
di cibos sit talis. q̄ in mane cū surrexerit homo extendat brachia ⁊ collū. deinde induat vestimēta mūda. deinde expellat supfluitates prime ⁊ se cūde digestionis: ⁊ tertie per sputū ⁊ vomitūz et assellatiōes. sūt enīz iste supfluitates tertie digestionis. Deinde fricet corpus si tēpus est cōueniens p̄pter reliqas sudoris ⁊ pulueris i cute. quia cutis porosa ē ⁊ trahit sibi omne qd est vicinūz dicit Gal. p̄mo de simplici medicina. deinde percutinet caput. deinde abluat man⁹ ⁊ faciē cū aqua frigida in estate ⁊ cū calida in hieme. deinde oculos cū aqua retēta in ore ⁊ ibidēz calefacta ⁊ in manu posita cum digito modicū intincto lauet. illud enīz aufert lippitudinē oculoꝝ ⁊ eos clarificat. Deinde fricet dētes cū solijs citrulli in estate ⁊ cū cortice citri i hieme. Deinde dicat matutinos vel illud qd ē sibi deuotūz. Deinde exercitet se per loca alta mūda: ⁊ tūc cibus preparē ita q̄ tūc statim post exercitiūz eūz incipit naturaliter appetere cibū accipiat ⁊ non ante nec tardet. quia dicit Aui. c. de regimine eius qd comeditur ⁊ bibitur q̄ stomachūz preter solitūz pati famē putridis humoribus eūz replet. Et tūc venit repletio fantastica p̄pter colerā cōtractāz ad os stomachi: ita q̄ postea quādo volet comedere appetitu naturali nō potest. nec etiā debet sumere cibū ad facietatē. nec debet sumere in eadē mensa nisi vnūz cibū. quia dicit Aui. vbi prius: nihil deterius q̄ cibaria multiplicare ⁊ in eis tēpus plongare. Et ideo dicit i fine de regimine cibi. q̄ antiqui erant cōtenti de solius carnis comestione in mane. ⁊ solius panis i cena: nec accipiebant simul diuersa. Si tamē plura debēt sumi in eodez prādio tūc est melius q̄ prius dētur subtilia: deinde grossa q̄ ecōuerso. quia subtile sequēs grossum cito digeritur ⁊ grossūz nō: ⁊ tunc petit exitūz ⁊ non inueniēs p̄pter grossūz in fundo cōmiscetur cum eo ⁊ totūz corūpit. Si tamen homo sciret p̄portionare eū q̄ i tāto priore daretur

daretur grossior: in quāto pfunditas stōachi est
 calidior: officio: tūc esset faciēduz. sed hoc facere
 est malū 7 difficile. Et ideo cū ignoras quid sit
 faciēduū declina ad subtile dicit Auiē. c. de cu-
 ra quartane. 7 2^o regiminis acutorū. non accipiat
 quis cruduz super semicoctū. Pro quo sciē-
 duz est qd cibus moratur in stomacho anteq̄ cō-
 plete digeratur per. 16. horas. dicit 2^a p̄tūla cāti-
 coz. Et idē dicitur caplo vltio. vj. colliget. licet
 quidā habeāt ibi. 9. horas. 7 hoc ē falsū quia scri-
 ptor inuenit forte aliquē numerū scriptū 7 nesci-
 nit quid fuit 7 errauit in scribēdo. 7 debent esse
 16. hore inter duas comestioēs. quia dicit Auiē.
 c. de regimie. cibi. 7 Auerrois in cāticis. qd ordi-
 nata comestio est duob⁹ dieb⁹ comedere ter. scz
 bis vno die 7 semel alio. tūc iter duas comestio-
 nes debēt eē. 16. hore vt duo dies naturales qui
 continēt. 48. horas diuidātur equaliter in tres
 partes. Et causa ē vt si illo die comedit bis fuit
 erratū i secūdo die. comedēdo semel. corrigatur
 defectus 7 ecōuerso. quia quecūqz ex plenitudi-
 ne mala generātur inanitio sanat. 7 ecōuerso vt
 dicit 2^o affo. Tamē Auiē. dicit 3^o cān. sen 13^o tra-
 ctatu 3^o. c. de cardaca de descēsu cibi in stoma-
 cho. qd remanētia equalis cibi in stōacho 7 ei⁹
 egressiois ē illud qd ē inter. 12. horas 7. 16. 7 hoc
 est ppter tarditatē operatōis digestiue. Et ideo
 dico qd cib⁹ grossius intrās stomachū diuti⁹ ibi
 morat̄ q̄ in alijs digestis: quia chylus ē subtilior
 pane. 7 ideo cito cōuertit̄ in rorem in poris mē-
 brorū. Et ideo cōmunit̄ cū isto dicto Auiē. stat
 qd in. 16. hore digerat̄ cib⁹ 7 in omnib⁹ mēbris.
 7 si forte tūc nō totaliter assimilet̄ eis: tamē ali-
 quādo ppter debilitatē stōachi 7 grossitiē 7 vi-
 scositatē cibi morat̄ per. 18. horas vel. 20. vt patet
 in inflatōe stomachi. 7 quādo homo comedit ci-
 baria nociua que aliquādo in pous stōachi mo-
 rātur per mēsez vel per quartā anni: vt a fidedi-
 gnis audiui⁹ qd ipsi euomerūt cibū quē sum-
 pserūt: 7 medicinā in eadē quāritate 7 substan-
 tia que accepta fuerūt per mēsez prius. Alte-
 rius notādūz qd lac 7 pisces in eadē mēsa nō cō-
 petunt nec vinū 7 lac quia disponūt ad lepra. 7
 nec accipiat̄ electuaria multū calida post cibum
 nec aliqua diuretica quia corūpūt cibū vel adu-
 rendo vel cursuz nimis faciēdo cito. Et ideo tra-
 zea statz post prādiuz de aniso maratro zē. ē ma-
 la. sed post cibū quiescat stādo vel paulatine de-
 ambulādo: quia modic⁹ incessus post prādiuz
 debet eē. hoc eīz ē qd mihi placet dicit Ruffus.
 sed motus post prādiū siue equitādo siue etiāz
 ambulādo corūpūt cibuz 7 digestiōē impedit.
 Deinde dormire moderate quia hoc iuuat di-
 gestioē sicut dicitur ibi. ventres hieme 7 vere.

Quātuz sōnus iuuat digestioē bonū est per-
 pendere. sed sōnus 7 vigilia magis modo facta
 idest magis modo debito facta malū. vt dicitur
 2^o affo. Et sit sōnus de nocte: qd vt dicit Hippo.
 2^o p̄nosticoz: Sōnus naturalis ē qui noctē non
 effugit 7 diez nō ipeclit. Sed multi sunt qui no-
 ctez vertūt in diez dormiēdo de die 7 vigiliādo
 de nocte quod pessimū ē. Scire tamē debes qd
 prim⁹ sōnus debet esse super latus dextrū: quia
 digestio sic meliorat̄ ppter suppositionē epatis
 ipsi stomacho. sed post debet vertere super latus
 sinistrū ne attrahat̄ ad epar cibuz antequā dige-
 ratur cōplete a stomacho. sed debet post reuertī
 ad stomachū vt digestio in stomacho facili⁹ tra-
 hatur ad epar. Et hoc inuit Auiē. c. eius qd co-
 meditur 7 bibif. 7. c. de sōno 7 vigilia. vbi dicit
 qd incipere dormire super vētrez auxiliū fert ma-
 gnuz in digerēdo: ppter ea qd calozē retinet na-
 turalē: 7 ipsuz cōprehēdit quare augetur. Et re-
 supine dormire est malū. Et statz super cibum
 dormire ē malū visui. 7 de die dormire nisi qua-
 si sedēdo. 7 hoc bene post prādiū in estate 7 tūc
 modicu. Et ideo dicit versificator.
 Aut breuis aut nullus sit sōnus meridian⁹.
 Si tamē ante prādiū debet fieri fiat a mane vs-
 qz ad tertiā dicit Hippo. 2^o p̄nosticoz. Et ca-
 neant ne dormiāt ore aperto ppter aerez frigi-
 duz intratē 7 malū qui digestioē ipecleret. Sz
 caput in dormiēdo bene eleuet̄ 7 pānis bene co-
 operiat̄ paties dicit Auiē. 7 hoc cōfert valde ad
 digestioēz ipsaz. Itēz accidētia anime tēperē-
 tur. 7 ideo dicit versificator.
 Sit tibi mens leta: labor 7 moderata diēta.
 Balneū vel lauacruz aque dulcis confert val-
 de: dūtamen cibus non est in stomacho. Lena
 sit breuis 7 leuis nisi vsuetudo sit in contrariuz.
 Unde q̄tū est ex pte digestiois que fit i sōno
 plus potest maiorez cibationē facere de nocte.
 tamen quia post cibuz dormitur anteq̄ descen-
 dat de stōacho vel de ore eius: ideo multuz no-
 cet magna repletio de nocte ipsi visui. 7 ideo sūt
 multi versus de hoc zē.
 Nocturna cena stomacho fit maxima pena.
 Si vis esse leuis: sit tibi cena breuis.
 Cena breuis vel cena leuis fit raro molesta.
 Magna nocet: medicia docet: res ē māifesta.
 Sume cibū moderando modū natura fouetur.
 Sic corpus refice ne mens humana grauetur.
 Et ideo da bene q̄tuz cito natura appetit. Itē
 egestio 7 vrina expellatur nec aliquo modo re-
 tineat̄ vltra qd homo appetit illa emittere. quia
 si sic: generant oppilationes latez. vel tūmū i ca-
 pite ex vētositate redeunte fursuz. vel lapidē retē-
 tione vrine. vel idropisuz vt dicit versus.

Nec mictus cohibere velis nec cogere v̄tres.
v̄tra illud. s. q̄ hō p̄t bono mō. Et ideo nō est
bonū nimis sedere ad sellā nec ibi multū conari
vel morari. v̄nde in die ⁊ nocte que ē dies natu-
ralis sex vicib⁹ fit mictura ad bonū. sed in equa-
li tēpore bis vel ter fit egestio pura: ita q̄ bis vel
ter cōstruatur cuz egestione ⁊ non cum tempore
equali ⁊c.

Tēpus anni cōsiderādū

est: quia dandū est aliquid etati regioni ⁊ tēpo-
ri. vt dicit p̄ affo. In hieme enī det cib⁹ gros-
sus ⁊ multus. quia v̄tres hieme ⁊ vere calidissi-
mi sūt natura ⁊ somni lōgissimi: ⁊ ideo plures
oblatōes sunt v̄ade prima parti⁹ affo. Et nō de-
bent esse frequētes cibatiōes: quia calor nō ē acu-
tus sicut ē in estate. sed ē calor modicus in estate
accipiēdo calozē pro corpore calido. licet sit ma-
ior extēsiue extēsiōe raritatis: s; non extēsiōe
quātītatis. Et debet vergere cib⁹ ad calidita-
tez. ⁊ p̄ illud patet qualiter sit dicēduz de calore
iuuenū ⁊ puerorū. Itē in vere cōpetit cib⁹ tem-
perat⁹: sed qui vergat ad paruitatē p̄pter reple-
tionē hiemis precedētis. In estate cōpetit subti-
lis cib⁹ vergēs ad frigiditatē. ⁊ debet eē i parua
quātitate vna vice: q; substātia calozis tūc ē par-
ua ⁊ cōsumpta ⁊ resoluta a calore exteriori. v̄nde
cib⁹ subtilis in substātia tūc a calore igneo adu-
retur. v̄nde Gal. ibi: v̄tres hieme ⁊c. dicit q; ca-
lor cōgandēs de suo simili petit exteriora in esta-
te: ⁊ interiora debilitatur. In autūno detur ci-
bus in parua quātitate. ⁊ debet vergere ad cali-
ditatez ⁊ hūiditatem. v̄nde dicit.

Quātū vis sume de cibo tēpore hūme.

Tempore s; veris cibo moderate frueris.

Et calor estatis dapibus nocet imoderatis.

Autūni fructus extremos dāt tibi luctus.

Hora comedendī ē cū

fames vera adest vt dixi. In estate electōis hora
ē frigidior: an̄ tertiā: ⁊ hora vespaz. Tēpus ne-
cessitatis ē quādo homo p̄t habere cibū. v̄nde
Gal. in libro de regimie sanitatis: Nullus p̄t
obseruare nisi ille qui nō ē occupatus i aliq̄ ope-
ratōe necessaria aut libere cōditōis in omnibus.

Et i hieme eligat hora calidior ⁊ ita in vere ⁊
in autūno: quia p̄cipat cū estate ⁊ autūno. ⁊ in
illis ptib⁹ que appropiquāt estati sit hora come-
dendī hora estatis. i partib⁹ vicinioribus hiemi
eligat hora calidior: t̄pata.

Cōsuetudo dietandī ē

obseruāda: nisi fuerit pessima: ⁊ tūc debet paula-
tim dimitti. v̄nde cōsuetudo conueniēs cuz na-

turalibus est obseruāda. ⁊ si paruz discrepet ad-
huc p̄t obseruari. sed si multū tūc d; reduci nō
subito vt dictū ē. Tamē caueāt illi qui male se
regūt: q; si in presenti nō sentiūt: in futurū tamē
percipiēt dicit Aui. Et illi qui dicunt q; fre-
quenter comedunt ⁊ repleuerūt se ⁊ nihil mali
habuerūt caueāt q; p̄cutiēt. v̄n si deus puniret
statiz p̄ quocūq; delicto p̄petrato homo nō vi-
ueret. Et sicut ē d̄ natura vniuersali q̄ est deus:
ita de pticulari i homine: q; non statiz punit sed
i p̄cessu tēporis. Itē d̄ fructibus aliqui come-
dūt plus q̄ de alijs cibis qui tamē agūt male: q;
oēs fructus faciūt sanguinē aquosuz ⁊ inutilē ⁊
putrefactibilē. Tamē fructus stiptici comedā-
tur post p̄adiū vbi hō sit laxus i v̄tre sicut sunt
pira cocrana poma. l; affata i colicis āte p̄adiuz
laxēt. tū cruda sūt stiptica s; n̄ oia equalr: q; dul-
cia minus ⁊ acetosa plus. Sed prima cerasa v̄e
passe ficus plus debēt accipi āte p̄adiū vt dicit
Isaac in particularib⁹ dietis. Cuius opposituz
ē vsus cōis ⁊ malus. q; ficus p̄pter v̄tositatē op-
pilat. ⁊ iō debent accipi cū zinzi. qd̄ oī corruptio-
ni fructuū resistit dicit Aui. Melius ē tamen
totaliter oēs fructus dimittere. Vnde Gal. 6^o
d̄ regimine sanitatis: dicit q; pater suus vixit cē-
tuz annis q; nō comedit fructus. Itē sūt quidā
qui diligūt caudas animalū comestibilū plus:
alij capita: alij ossa ⁊ sic d̄ alijs. v̄nde scribitur.

Disces ⁊ v̄tores i cauda sunt meliores.

Et est tantuz dictu q; piscis est cum minoz su-
perfluitate in cauda p̄pter motuz caude. tamen
alie ptes sunt facilioris digestionis vt patet de
ventre in salmone ⁊ sic de alijs. v̄nde illa pars
que magis ē in motu pauciores habet superflu-
itates. ⁊ ideo si sit de animali cōestibili ab homi-
ne est melior tūc ceteris paribus. Eligatur ergo
pars tenera que aliqliter ē i motu ⁊ meli⁹ sapit.
q; qd̄ melius sapit meli⁹ nutrit ceteris parib⁹.

Non est in iecore quicquid dulcescit in ore.

Dico tamē hic de auellanis q; iter fructus post
ficus ⁊ vnas sunt meliores. v̄n versus.

Hic auellanas epati semper fore sanas.

Alterius dico q; illi qui volūt vti coitu non
vtantur eo pleno ventre sed digestione p̄ cō-
pleta ⁊ 2^o ⁊ 3^o mediata nimis. nec frequēter q;
stomachuz sūme debilitat ⁊ totuz corpus. ⁊ ma-
xime nocet visui. naz facit sensibilr oculos pro-
fundos. Alterius notādūz de flobotomia q;
non ē bonuz nimis frequēter flobotomari quia
frequēs flobotomia dicit Aui. iducit apoplefiā.
Quia dicit Gal. 9^o megrategni. Adinutio ce-
teris euacuationib⁹ virtutē maiorū d̄bilitate ipe-
dit. ⁊ hoc ē q; sāguis ē amic⁹ nature plus q̄ ali⁹
h̄ior. ⁊ iō extractio sua plus d̄bilitat q̄n excedit.

Uel

Uel nō frequēt fiat nisi hō sit sanguineus & iu-
 uentis i octo & replēs se carnib⁹ & cibis bene nū-
 tricib⁹. talis eiz ppter timorē squinātie & aposte-
 matū interiorū d3 se flobotomare frequēt⁹ alio.
 Et d3 eē regula talis quā ponit Dam⁹. 2^a parti^a
 affo. 2^o mēto 6^o vbi dicit: Si aliquis i iuuetute sua
 2^o sūeuit quater flobotomari i anno. i etate. xl. an-
 noz tū ter flobotomē. i etate. lx. annoz tū se-
 mel. & vltra septuagesimū & octuagesimū ānū ex-
 toto nō flobotomē. Tū i. 40. āno de mediana
 fiat flobotomē. & i 70^o de basilica. Et post 70^m nō flo-
 botomē oio. nec post 40^m annū minuāt cefali-
 caz: qz exsiccat vīsz & memoriā corūpūt. Ta-
 mē hora anni ad flobotomādū ē ver & autūnus
 fm electionē. tamē flobotomia veris plus valet.
 vñ nihil ita pseruat ab egritudinib⁹ & morbis
 estatis: sicut flobotomē veris dicit Auicē. Totū ta-
 men tēpus anni diuidit in duas ptes s3 vulga-
 rez. s. in hiemē & estate. s3 i frigidissimo tēpore &
 i calidissimo nō fiat flobotomē. & ideo errāt illi cōiter
 qui volūt se flobotomari i die facti Stephani &
 sancti Joānis baptiste ppter frigus i vno & ca-
 lore i alio: nisi aliqn̄ illud i natali pseruat a mor-
 bis qui fierēt ppter repletionē ibi cōiter factaz.
 De qua tamē pte d3 fieri flo^o sunt versus.
 Estas ver dextraz: autūn⁹ hiem⁹q3 sinistras.
 Flobotomare venas: vt lōgo tēpore viuas.
 A parte lune est versus.
 Luna vet⁹ veteres: iuuenes noua luna requit.
 Sed tūc de vieta post flobotomiā ē sciēdū qz
 ibi ē error magn⁹: qz hoies volūt potare & come-
 dere multū vt redeat sāguis quē amiserūt. De-
 bēt igit tūc modicū comedere. plus tū potare d
 vno in 2^a paratōe ad illū puuz cibū quē solebāt:
 quia multū facili⁹ est repleri potu q̄ cibo. Di-
 mittāt ergo caseum carnes grossas pisces salfos
 & fruct⁹. nec irascant nec moueātur. nec igni nec
 coitui approximēt. & cenēt modicū. Vñ vsus.
 Prima dies vene modicū vult sumere cene.
 Tū sciēdūz quādo icipiūt tēpora anni. vsus.
 Uer petro detur: estas hinc inde sequat:
 Quā dabit vrbannus: autūnuz simphorian⁹.
 Festuz clemētis hiemis caput est oriētis.
 Et est fm astronomos qui ponūt tēpora eālia.
 Ad dēci vero nō sic s3 vocant ver tēpus tēpe-
 ratuz anni qd aliquādo durat per mensem ali-
 quādo min⁹ aliquādo plus. S3 estas est tēpus
 excessiue calidū. autūnus modo calidus modo
 frigidus s3 horas diuersas diei. hiem⁹ ē tēpus
 excessiue frigiduz. Alteri⁹ notādūz qz oua &
 cādelluz de ouis valēt flobotomatis si stōachus
 eozuz sit mūdus. Si tamē vas imunduz iuene-
 rint facillime corūpūt. tamē oua fracta in aqua
 sunt saniora. Alterius sciēdūz qz consuetudo

comedēdi potagiū primo ē bona. sed tamē i hie-
 me fiat potagiū d caulib⁹ & maluis & salnia & pe-
 trosilio vñ d albis capitibus poroz decoctis &
 expsis & cū lacte amigdalaz 2^a sectis. Alterius
 dico qz amigdale comeste sicut sūt vñ excoctate
 sūt optimi fruct⁹ flobotomatis & ethicis. S3 in
 estate d borragl. buglo. malua viola mercuriali
 spinachia patina lactuca & d sūmitatib⁹ fenculi
 petro. & silib⁹. tū i stōacho frigidō bonū ē pone-
 re aromatica. De pisib⁹ nō comedat nisi cūz cimi-
 no nec d sabis nouis nec d ātiquis nisi cū sale &
 cimino. Et illi qz habēt d bilē stōachū & vctosita-
 tes non comedat ea aliquo mō. tū brodiū pisaz
 valz & laxat si nihil sit ibi d substātia eaz. Al-
 terius sciēdū qz lac nocet stomacho nisi calido. &
 tali valz i estate lac acetosuz. s3 butiz comedatur
 āte alia cibaria & nō post potū. & post cenā nō co-
 medatur pinguedo lactis vel crema qz est valde
 oppilatiū & viscosuz. Alterius sciēdū qz res
 crude vt ostrea & res semicrude & res assate stōa-
 cho mltū nocēt. vñ masticatio bona cibi & bona
 ei⁹ & 2^a pleta assimilatio vñ decoctio extra ē quasi
 medietas decoctōis vel digestionis itra. & iō er-
 rāt illi qui nimis festināter comedūt & aliquādo
 comedūt nociua & nō aduertūt.

Etas et cōplexio quasi

per similia regantur. & iuuenes magis digerunt
 grossa & dura. senes a senio: & pueri humida. a. li-
 quida & mollia. Debet igit esse vieta resūptiua
 & enutricis in senibus a senio. & debent frequēter
 comedere & modicuz. Unde studētēs debēt re-
 gi sicut senes: quia studiū d siccat eos. Comedāt
 igitur subtilia que cito cōuertātur. sed laborātes
 comedāt assata & grossa: quia plus resistūt labo-
 ri. quānis eniz assata sint hūidiora q̄ eligata hu-
 miditate substāiali interi⁹: tamē sūt sicca exteri⁹
 & solidiora per totū. ideo min⁹ diuisibilia a calo-
 re: & p consequēs min⁹ digestibilia. Similr co-
 cta in pane sūt hūida & bona: sed panis pastillo-
 ruz ē malus. Sit ergo regula generalis qz ci-
 bus adherēs digitis cū tangit dimittat qz ē vi-
 scosus. & res assate & per noctē retēte cooperte nō
 valent: nec multū pingua in fine mēse vel prā-
 dij. Abstinentia eniz moderata ē sūma medici-
 na. iō dicit Gal. Comedo vt viuā: nō viuo vt
 comedā. Unde p^a affo. Senes facillime ferūt
 ieiuniū: senes a senectute. deide iuuenes. deinde
 pueri. deide senes a senio. & similr flegmatici be-
 ne possūt ieiunare: sanguinei modicū. s3 colerici
 & melācolici nō possūt. Ad dēci tamē meli⁹ pos-
 sunt q̄ colerici: qz calor dispus ē minor & possūt
 pl⁹ resistere. Versificator tamē possūt quosdaz
 versus de regimine sanitatis.

Si vis incolumē: si vis te reddere sanū:
Curas pelle granes: irasce crede profanū.
Ad plenū cenare caue: ne sit tibi vanū.
Surgere post epulas: somnū fuge meridianū.
Nec teneas mictū: aut p̄p̄ime fortiter anū.

Et de vino sunt tales versus.

Dat vinū purū tria nobis cōmoda primū.
Confortat stomachū cerebrū: cor dat tibi letū.
Vires multiplicat et viscera plena relaxat.
Efficat audacē: sudores prouocat: aptat
Ingenuū: tali luxus cōgaudet amico.
Sit mēsurā comes ne violetur opus.
Nāz sine mēsurā sic deperit omne qd̄ est.

Itē vtantur homines frequēter cinamomo: qz
os redolere facit. et valet cōtra reuma frigidū et
preseruat a corruptōe humoz. Et ideo dicit:

Cur moriet homo qui sumit de cinamomo.
supposito bono regimie. Alteri sciēdum q
aqua d̄z esse mūda et aer depuratus per artifi-
ciū per ignē bonū nisi habeat naturaliter. Itēz
qz potus aliquādo datur tarde. vñ versus.

Potus tarde datus: multos faciet cruciatus.
Et hec sufficiāt lz multa possent dici.

De colica et iliaca passione. Capitulu 20^m.

Colica est oppilatio

in intestino colon. vt dicitur 2^a pticu^o
tegni 2^o mēto 137^o. Dicit colica quasi
colon capiēs. Pro quo sciēdum qz sunt sex inte-
stina. tria superiora et subtilia. et tria inferiora et
grossa. et sunt versus de hoc.

Intestina tria sursum primū duodenū.
Et tunc ieiunū post est ilion reuolutū.
Sunt tria tūc orobus colon ē post vltio rectū.
Et diffinitio colice est talis. Colica ē passio inte-
stinalis dolorosa cū qua fit difficilis exit^o ei^o qd̄
egredit^o per naturā. vel sic. Colica ē passio vlti-
mi intestini qd̄ colon appellat^o cū difficultate exit^o
substantiāz per inferiora intestina cum dolore
magno et punctura.

Cause Cause colice et iliace aut cadunt
proprie in colon aut cadūt i alijs.
et proueniūt ad ipsū fm semitam cōtinnitatis.

Et cause quidē proprie cadūt in ipso: aut sub
malitia diuisionis aut egritudinis singularis calida
aut frigida aut sicca. Et plurimū quidē accidit
frigida a flegmate grosso. deinde a vctositatē fri-
gida penetratē i tunicas intestioz et villos. Et
colicaz ventosaz plurimū facit vinūz multe cō-
mixtionis et olera et cotus et maxime ventre re-
pleto. et retētio fecūz et vctositatis volentūz exi-
re. Itēz a causa extrinseca fit vt a vento boreali

aut ab aere calido et sicco desiccātē et ab exercitio
nimio et a fructib^o stipticis: sicut sūt pira citonia
persica. et lacticia: vt durus caseus et colusca et
oua dura et frixa et carbonate et caro anseris et
anatis. et frumētūz et rizi. et medicine stiptice da-
te in fluxu vctris aliquādo inducūt colicā. Ali-
quādo fit ex ruptura vel relaxatōe sifac: ratione
cuius intestina descēdunt in offenz: et tunc fit coli-
ca. Cause iteriores sunt hūiores viscosi vt fleg-
ma vitreū et mucilaginosū et colera mixta cum
flegmate faciēs ipsūz penetrare intra tunicas inte-
stinoz et pungēs ipsa. et fit ab epate ibidē vel in
renib^o vel in vesica. et fit ppter vermes ibi existiē-
tes. Et ab extra adhuc fit a potu aque frigide
et ex nimia sessiōe ad sellam in loco frigido et su-
per aquā. et a carnib^o boninis salsis et ab ostreis
et a cōculis et ab anguillis et a cōgio pisce et a mu-
rena et a pisce fabis et inordinatōe cibo: et po-
tūz et a motu super eos. Sūt igitur septē cau-
se in generali. scilz 1^a apostema calidū vel frigi-
dum. 2^a defectus colere demisse ad intestina. 3^a
humor frigidus iniscatus. 4^a est debilitas vir-
tutis sensitue intestinoz et debilitas expulsive
eorū. 5^a est vctositas grossa inclusa. 6^a est sex in-
durata in intestinis. Septima ē vermes inuoluti
in intestinis. et breuiter omē illud qd̄ claudit et cō-
stringit et oppilat intestina. Et sūt versus.

Sunt colice cause septē sub carmine clausē:

Sex ignita. cibus stipans. flegmata grossa.

Actus. apostema. vermes. destructio sensus.

Iste eedē sūt cause iliace passionis. Sed tamē
iliaca est passio in intestinis superiorib^o maxime
in intestino inuoluto qd̄ est infimū intestinoz
graciliūz. Cui^o diffinitio ē. Iliaca ē passio inte-
stinoz graciliūz cūz constipatione ventris et fre-
quēti vomitu et dolore vehemēti tanq̄ intestina
terebello pforarētur. Sed differūt iste passio-
nes inter se. qz i iliaca ē maior dolor et citius in-
terficiat ppter subtilitatez intestinoz. 2^o qz do-
lor in iliaca est magis deambulatiū versus dex-
trum et sinistrū. 3^o quia iliaca magis puenit ab
aere pestilēiali. 4^o qz iliaca ē passio magis ab
vmbilico superi^o. sed colica inferi^o. 5^o quia co-
lica magis remediā ex clisterijs. sed iliaca ma-
gis per ea que intrāt per os. Itēz ista differūt a
dolore renū et maxime colica. quia dolor renūz
est magis infixus in vno loco et ibidē quietus:
sed colicus nō. Similr in dolore renali ē dolor
